



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Felix Presbyter. Caritas erga ægrotos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. FELIX PRESBYTER.

Caritas erga aegrotos.

Deus infirmitatis humanæ miserator,
da omnibus, infirmos fideles, velut
membratua, exemplo B. Felicis, curan-
tibus, benignę compassionis & toleran-
tię constantis virtutes; quibus promissã
tali caritati mercedẽ à te consequantur

Ora pro iis qui ministrant infirmis.



FELIX Presbyter, Nolæ in Campani
 pro fide comprehensus, à carcere emi-
 sus per Angelum est, ut senem & infir-
 mum Episcopum Maximum, quem metus
 in fugam egerat, requisitum foveret. In-
 ventum ergo ac refocillatum in humero
 sustulit; eique apud viduam piam deposi-
 to ministravit, quamdiu duravit persecu-
 tio. Postea iterum requisitus à ministris
 eos latuit intra duorum parietum angu-
 stias, quarum ingressum subitæ aranea-
 rum telæ obtexerant. Mortuo Maximo
 oblatum à civibus Episcopatum recusavit
 ac demum felici fine obiit etiam ipse;
 Sanctis Gregorio Turonensi, Paulino Nola-
 no, Beda Anglo, & Marcello Diacono
 plurimum laudatus. Nemo tamen eorum
 persecutionem desinit, sub qua istæ actæ
 sint: solum dicunt, defuncti corpus apud
 Nolam in ecclesia quadam honorari.

*Infirmus (eram) & visitastis me: Amen
 dico vobis. Quamdiu fecistis uni ex his fra-
 tribus meis minimis, mihi fecistis. Mat. 25.*